queso accipis p uocabulū longitudinis medię? V. Longitudinē
 longiore. Ptolemeus intelligit lineā quę ex centro mūdi ad au
 gę eccentrici ptendit. longitudinē aut̄ ppiorē accipit lineā a cen
 tro mūdi ad oppositū augis porrectā. Interdū tñ pūcta eccentrici
 dictas lincas terminātia longiorē & ppiorē uocat longitudi
 nes. Longitudinē aut̄ mediā appellare solet lineā egrediētē ex
 cetro mūdi ad circūfertiā eccentrici: eqlē qdē semidiametro ec
 centrici: aut pūctū eccentrici qd̄ terminat huiuscemodi lineā. Ap
 pellaſt aut̄ longitudo media qm̄ tñ superat a longitudine. Ion/
 giore quantū & ipsa supat longitudinē ppinqiōrē. Qui aliter
 accipit longitudinē mediā eccentrici: a mente Ptolemei rece
 dit. Ut aut̄ punctū huiusmodi longitudinis medię determina
 ri possit: figuratiōe utendū ē. Circul⁹. a.b.c.sup centro.d.lineat⁹
 eccentricū solis rep̄sentet. in cui⁹ diametro.a.c.longior atq; p/
 pior longitudes cōsistat. centrū mūdi sit.e.diuisaq; d.e.eccentrici
 citate p mediū in pūcto.f. ex ipso.f.egrediat.f.b. ppicularis
 ad diametrū a.c. Cui⁹ punctū.b. terminalē dico esse longitudi
 nē mediā eccentrici. Productis enī duab⁹ lineis.b.d.&.b.e.erūt
 duo latera.b.f.&.f.d. triāguli.b.d.
 f. equalia duob⁹ laterib⁹. b.f.&.f.c.
 trianguli.b.c.f. & uterq; angulorū
 ad.f.rect⁹ quare p quartā primi ele
 mentoz Euclidis.b.c.linea ipsi.b.
 d.semidiametro eccentrici equalis
 erit. linea aut̄.e.a.s. longitudinis
 longioris supat.a.d.semidiametrū
 eccentrici: atq; idcirco lineā.b.e.
 ipsi eccentricitate.d.e.semidiame
 ter quoq; d.c.&.iō.b.c.equalis ei excedit longitudinē: ppiorē
 e.c.eadē eccentricitate. Sol igit̄ punctū.b. possidēs in longitu
 dine media eccentrici s̄m mentem Ptolemei existere diceſ. C.
 Placet id mibi. Sed textū cōtinuabo nīli aliud subiōgere uelis.
 V. Quiesce paulisper donec ex centro mūdi.e.ad diametrū ec/




+ 6

centrici a. c. ppndicularē. e. g. eduxero circūferentię eccētrici i
pūcto. g. incidentē. C. Perge ut iubet. V. Ptolemęs noster de/
monstravit soli i pūcto. g. existēti maximā i motu suo diuersita
tē accidere. C. Nō igit̄ i pūcto. b. longitudis sc̄i medie equatio/
nē solis maximā rep̄ierim. quēadmodū bon̄ ille theoriaꝝ au
ctor asserebat. V. Recte cōcludis. nō enī in ipsa longitudine me/
dia: sed ppe cā maxima solis diuersitas colligit. Nūc cetera de/
incepſ pfer. C. Audito igit̄ me lecturū. V. Sed missū faciam ſolē
speculatiōes aut̄ motū atq; orbiū lunę aggrediamur. C. Eccen/
tricus ſolis imobilis eſt niſi quantū ad octauā ſphērā. Eccentri/
cus aut̄ lunę mouet quolibet die ab oriēte in occidentē unde/
cim gradib⁹ fere. V. Hic ſiſte gradū. Quot cōmemorat ille eccē/
tricos in ſpeculatiōe ſua. C. Vnū dūtaxat epicycli delatorē. V.
Quō igit̄ idē eccentric⁹ occidentē uerſus moueri poterit: q̄ epi/
cyclū deferit ad orientē: niſi eidē mobili duos contrarios in eſſe
mot⁹ affiſſmare q̄s uelit. C. Nequaq; ſup iisdē polis. uerſu de cen
tro eccentrici dixiſſe uidet. illud enī ad occidentē tranſfert. V.
Sed neq; illud natura pmittit. oportet enī hoc pacto ſcindi
corpa cœleſtia uacuūq; in eis repiri. C. Bene ratiocinaris. Id enī
neceſſario ſequeret niſi orbi eccentrico epicyclū deferēti alios
duos circūponamus ſingulis tñ ſupſicieb⁹ eccentricos: Ita ut to/
ta triū orbiū cōgeries mūdo ſiat cōcentrica. Sed hęc oia i theo/
ricis ſuis nouis Georgius Purbachius p̄ceptoſ tuuſ explana/
uit & quidē accuratiſſime. V. Illud demū qđ ſequit haud pote/
rit itelligi: ſi nō duos exteriōres huiuſmodi eccentricos imagi/
nati fuerim. C. Quid illud eſt. V. Paulo inferius ille. Patet enī
inquit q̄ centrū epicycli lunę bis in mense ptransit eccentrici.
C. Verū dicis: quo nāq; pacto epicyclus pagrare poſſet eccentrici/
cū cui ita inditus eſt ut ad motū ei⁹ raptim circūferat. V. Proce/
dendū eſt oc̄ius. nōdum enī limien transgressis nobis hora fer/
me integrā ſubterfluxit. C. Ergo tacere libet minuta pportio/
nalia: quę ut iſte autumat dicū ſexagesime pticule lineę duplę

ad lineā existentē inter centrū terre & centrū eccentrici diuisę
in sexaginta ptes. V. Profecto si Ptolemeū uidisset hō ille mi/
nutapportionalia rōnabiliter diffiniuisset sexagesimas eē par/
ticulas ipsi⁹ excessus nō quidē duaz linearū more suo: uerū dua
rū equationū argumēti maximarū: quarū altera quidē epicyclo
in auge eccentrici cōstituto accidit: altera uero in augis opposi/
to. C illud deinceps minime satissacit mibi ubi de draconē lu/
ne. Et ducit inquit istas intersectiones quidā circulus cōcentri
cus mūdo exīstes in celo equalis eccentrico lunę in magnitudine
& est i superficie orbis signorū siue i uia solis. Nā & si facile intel/
ligā huiuscemodi duas intersectiōes: motus tñ earū fieri posse
nō uidei p circulū mūdo concentricū ut ille ait. orbes enī cor/
porei sūt quib⁹ motus celestes fiūt: nō circuli. V. Nō iniuria no/
tasti hūc locū insufficierter exposirū. Quare mirandū nō est cur
paucissimi plenā theoricarū noticiā habeant, q̄n quidē diminu/
te res ipsa tradita sit. De luminarib⁹ iā satis: nūc ad tres supiores
transcendū est. quorū quilibet inquit: ille duos habet circulos
eccentricos equales dispositos in eadē superficie plana & imobi/
les nisi quantū ad motū octauę sphērę & ad motū quottidianū
circa terrā ab oriente ad occidentē. Quid de hac litrera tibi ui/
det amice mi. C. Neutrū duoz circuloz moueri asserit prēterq̄z
ad motū octauę sphērę & primi mobilis: qđ a ueritate alienū ar/
bitror. cū alter eorū orientē uersus deferre epicyclum soleat. V.
Audi alia hui⁹hois uerba. Et dicit tūc esse centrū epicycli i lon/
gitudine media equatis qñ diameter epicycli stat ppndicula/
riter sup diametrū mēdi transeunte p centra eccentricorū. Quid
ibi dices. C. Recurro ad ea q̄ supius de longitudie media eccen/
trici solis oñdisti. V. Itidē facturū te suspicor circa minuta ppor/
tionalia que qdē dephendi autumat p excessus lineaꝝ nō equa/
tionū argumēti maximaz quēadmodū Ptoleme⁹ solet. C. Reete
putas. Quis enī nō poti⁹ ptoleme⁹ clarissimi adbēreat sūc q̄z in
epiis hui⁹uiri. V. Nūc ad mercuriū qui hec nřa colloquia susci/
tauit descendem⁹ ex ordine ubi paulo postq̄z mediū ei⁹ motum

7 2
determinauit hęc pſerit uerba. Et cū iste trés lincę equaliter mo-
ueant̄ erūt semp̄ equidistātes: aut erūt oēs una linea: aut due ea
dem: & reliqua. Denotauit aut̄ duas lineas quarū altera quidē
ex centro eccentrici p̄ centru solis: altera uero ex centro equatis
mercurii p̄ centru epicycli ei⁹ p̄tendit: & tertia ex centro mūdi
egredientē predictisq; duab⁹ equidistantē. C. Cur hūc locū ne/
gligendū censes. V. Quia nūq; dictę lincę egdistant ut ille aſſe/
rit p̄terq; centro epicycli mercurii in altero duorū nodorum
existēte: qđ bis in ſpacio anni ſolaris accidere ſolet: tūc enī ſolū
duo circuli eccentrici ſolis & mercurii atq; idcirco predictę li/
neę in una plana ſupficie collocañt: qđ ad equidistantiā linearū
requit: cētro autē epicycli alibi cōſtituto memoratę lincę cū nō
ſint i eadē plana ſupficie: egdiſtare nō poterūt: ſempq; alia ē li/
nea medii mot⁹ ſolis: & alia mercurii: p̄terq; dum linea medii
motus ſolis eſt cōis ſectio eclipticę & eccentrici mercurii: aut i
ipſa eccentrici mercurii ſupficie repit. C. Profūda ſpeculatio hęc
eſt adeo ut nemo rem hāc penit⁹ cōprehendere poſſit q̄ habitu
dines ſupficien̄ inuicē ſectarū ignorauerit. V. Inferi⁹ paulo hęc
ſua uerba colligunt̄. Centru uero epicycli & aux eccentrici & q̄
libet pūctus eccentrici ſemp̄ in equalib⁹ tpib⁹ equales angulos de/
ſcribūt ſup centro equantis. C. Quid ibi. Nōne centru epicycli
in centro equantis regulā ſui motus habet. V. Ita res ſe habet.
C. Reliquis punctis eccentrici id quoq; accidere credit̄ qđ ipſi
centro epicycli: ita: ut cōualiter circa centrum equantis moueat̄
V. Reliquis eccentrici punctus id nō obtingere geometria nřa
demoſtrabit. C. Auscultabo libēter. V. In linea. a. c. ſit centrum
equatis. g. centru parui circuli. f. ſup quo ipſe circulus paru⁹ de/
ſcriptus. e. m. g. ponam⁹ nūc centru eccentrici deferētis epicyclū
in ſemītate parui circuli ſq; in pūcto. c. & ſup eo eccentricū ipſū
a. b. d. Iam oſtendet̄ punctū eccentrici. c. quod terminat diamet/
rum eccentrici tranſeuntē p̄ centru epicycli irregulariter i cen
tro equantis moueri. C. Cur nā punctū. c. & nō aliud aſſupſiſſi.

V. Quo pcessus & breuior fiat & intellectu facilior, nā de reliq̄s pūctis quāuis difficult̄ idē demonstrare poterimus. C. Perge igit̄ ut c̄pisti. V. Fiat deinceps ut centri eccentrici deferētis epi cyclum lege motus sui pueniat ad punctū.m. mediū sc̄ semicir culi pui occidentalis ita ut du cta semidiameter pui circuli.f. m. ppndicularis sit ad lineaā.a. c. factoq̄ in centro iterū descri bat eccentric⁹.k.b.l.d. ex c̄tro deniq̄ equātis.g. egrediat.g. k. rectos faciēs angulos ad lineaā.




a.c. occurrensq̄ circumferentię eccentrici in pūcto.k. in quo oportebit repiri centrū epicycli. Ita est. C. Nā centrū eccentrici circa centrū pui circuli & centrū epicycli circa centrū equātis equaliter in cōtrarias serunt ptes ducat. itē ex pūcto.k. diametri eccentrici in pūcto.l. desinens: & alia linea.l.g. i eo. itaq̄ tpe quo centrū epicycli ex.a.ad.k. traductū est: pūctus ei diametraliter oportet ex.c.ad.l. puenit: atq̄ idcirco angulū.c.g.l.i centro equātis descripsit. C. Nō eo inficias. V. Procedat iterū epicycli centrū donec ad oppositū augis equantis pducatur. & ideo centrū eccentrici cum centro equātis qd est.g. cōueniat. quo demū fieri oportet ut pūctus eccentrici centro epicycli p diametrū oppositus in supiori pte lineaç.a.c. reperiatur. C. Cōsiteor equidē. V. In secūdo igit̄ tpe centrū epicycli circa centrū equantis angulū rectū descripsit,ueluti i primo:& ideo tpa ipsa equalia fuisse oportet. C. Nō ē dubiū. V. In secūdo etiā tpe punct⁹ ille aliis descripsit angulū.l.g.a. in centro cōquantis. Sic in duob⁹ tēporib⁹ equilibus duos angulos.c.g.l. &.l.g.a. circa centrū equantis descripsit. C. Quid ni. Sed eos duos angulos ineq̄les esse uelim ostendas. V. Exemplo id efficiā. In triangulo eni.k.g.l. angulū.k.g.f. particularē constituebam⁹ rectū. quare.s.g.l. reliquus pticularis

unde iterū siuiam hui⁹ hoīs confutare poterint⁹. Sed reliq⁹ lecte
 litter⁹ salua ne sūt oīa. V. Immo iepita sūt de friuola. Quādiu enī
 inquit centrū epicycli erit in isto arcu deferētis q⁹ est inter duo
 pūcta uel capita linea⁹ cōtingentiū q⁹
 capita sūt ppin⁹ opposito augis equā
 tis⁹ sp erit i⁹ opposito augis deferentis
 & reliq⁹. C. Vellē audire qua nā rōne
 illud destrueres. V. Resume igit⁹ linea
 a.c. cū puo circulo & duab⁹ linea recti
 eū cōtingentib⁹ inter q⁹s intelligat cē
 trū epicycli i⁹ pte oppositi augis equā
 tis: uerbi grā in pūcto. k. ducat⁹ linea
 recta p⁹ ipsū. k. pūctū & centrū mūdi se
 cans circūferētiā pui circuli i⁹ pūcto. l.
 Si igit⁹ ut ille autumat centrū epicycli
 ē i⁹ opposito augis eccētrici: necesse ē⁹
 cētrū quoq⁹ eccētrici deferētis i⁹ linea
 k.l. repiri. C. Nemo ificias ibit. necces/
 se enī ē semp hēc q⁹ttuor pūcta: augem
 eccentrici centrūq⁹ ei⁹ & centrū mūdi
 atq⁹ oppositū augis in una cōtineri li
 nea recta. V. Centrū aut eccentrici circūferētiā pui circuli nūq⁹
 deserit. quāobrē centrū eccentrici deferentis i⁹ pūcto. l. necessario
 eōstituet. C. Quid tū postea! certa sūt enī quecūq⁹ assumis. V. Au
 dies cōtinuo si pri⁹ centrū equatis cū centro epicycli p⁹ linea. g.
 k. copulaueris. C. Factū. V. Iā syllogismū paulo supius factū refū
 mens cōcludo linea. n.l. longiore esse semidiametro pui circuli
 f.l. atq⁹ idcirco angulū. l.n. angulo. f.n.l. maiorē q⁹ angul⁹. f.n.l.
 quū sit equalis. k.n.c. angulo cōtraposito. & ille qdē extrinsec⁹
 ad triangulū. g.k.n. angulo intrinseco. k.g.n. maior phibet: crit
 ob eā tē cōi lcia intercedēte angulus. l.f.n. maior ipso angulō. k
 g.n.ac demū angul⁹. a.g.k.lo ci⁹ anguli. k.g.n. maior ee cōuincet



angulo. a. f. l. Nā si a quātitatib⁹ equalib⁹ inēquales abstuleris: re
 fidū in aioris ablate min⁹ erit residuo
 minoris. C. Certū id accipio. V. Non
 igif eque uelociter mouebant̄ centrū
 quidē epicycli respectu cētri equātis.
 centrū autē deferētis respectu centri
 pui circuli: qđ est incōuenies & cōtra
 unanimē omniū astronomorū s̄niām.
 C. Pulchre admodū in eptias hui⁹ ho
 minis detexisti. quę tantę tāq; crebrę
 presertim in Mercurio fuere ut reli/
 quas oēs assertiūculas suas cōtamina/
 re uideant̄: multo aut̄ iusti⁹ cōmētato
 res oēs despiciēdos censeo: q me atq;
 alios plurimos īā diu suis nebulis ac
 deliramētis inique remorati sūt. Sed
 qđ respondres obsecro rationi quā
 ex eq̄ilitate motū cētri epicycli ac cē
 tri deferētis elicere conatur. V. Quid
 nā aliud dicerē nisi q̄ hęc sua argumētatio nullā formā bñs ne/
 q̄ locū sicut de centro mūdi nibil assumit ita qui c̄q; de ipso cō
 cludere nequiet. Nā haud alit inferre liceret centrū epicycli &
 cētrū deferētis eē sp̄ in una linea recta cū quolibet alio pūcto li/
 neg. a. c. C. Aliud ne tenes de bac re p̄ferendū: V. Iā id satis est.
 C. Ergo ad locū ordo me ducet q̄ iūtio cōfabulatiōis nr̄e animū
 pullavit meū. V. Que res ē! C. eq̄tiones inquit argumētoꝝ q̄ scri
 bunt̄ i tabulis sūt eq̄tiones ac si lq̄ suisset centrū epicycli i inter/
 sectiōe circuli equātis cū deferēte: & paulo inferi⁹. Quare opor
 tet: inqt q̄ tria paria sint minutorū p̄portionaliū sc̄ minuta p̄/
 portionalia ad longitudinē longiore. & sūt excess⁹ lineę exēunt̄
 a cētro terę ad centrū epicycli ipso existēte i auge deferētis ad
 linea exēunte ab eodē cētro terę ad itersectionē circulox: ex/
 cessus dico diuisus i. 60. ptes. Quid de his uerbis tibi usū ē? V.




51

minor erit recto : nisi triangulo cuius recti linea tres angulos
duob⁹ rectis maiores dare uelis. C. Nequaq^z trigesima secunda
primi elementorum phibente. V. Sunt autem duo anguli. c.g.l.&c.l.
g.a. duob⁹ rectis equalibus nisi tertiadecima primi mentiatur. quam
obrem angulus. c.g.l. maior recto habebitur. C. Centrum id est. V. In
tpib⁹ igitur equalibus punctus ille alius centro epicycli diametraliter
oppositus inequalibus angulis in centro equatis descripsit. C. Ergo
psicuū est non quodlibet punctum eccentrici in tpib⁹ equalibus equalibus
in centro equatis describere angulos. V. Rem apprime mibi
placitura facies si littera sequentem leges. ego eniit iterea parumper
quiesces auscultabo. C. Audi igitur. Sed duo sunt loca in quibus ma
xime accedit centrū epicycli centro terre. & in aliis locis non potest
tantum accedere. illa uero duo loca sunt puncta ppe oppositum augis
equantis terminatio lineas contingentes paruum circulum super quem
mouetur centrū deferentis & transentes per centrū terre. V. Illud no
tandum est. Sed perge ut cepisti. C. Quoniam igitur inquit centrū epicy
cli est in auge statim incipit ire uersus orientem in suo deferente &
similiter centrū deferentis incipit ire uersus occidentem in suo par
uo circulo. V. Hoc uerum est. C. Et quoniam centrū epicycli est in capite
linearum contingenteris quod caput est ppe oppositum augis equantis; tunc
centrū deferentis est in pscito contactus parui circuli cum ipsa linea
& tunc aux deferentis est in maxima remotio ab auge equantis &
tunc centrū epicycli est in opposito augis deferentis. quare tunc est
in maiore appropinquatio ad terram; quia tunc centrum deferentis
descendit plus in suo paruo circulo & plus remouetur oppositum au
gis deferentis a centro terre; quod faciliter patet insipienti figurā
& intelligenti motū. & quādiu erit centrū epicycli in isto arcu de
ferentis quod est inter duo puncta uel capita linearum contingenterum que
capita sunt ppinqua opposito angis equatis semper erit in opposi
to augis deferentis. & hoc sequitur ex hoc quod quantum currit epicy
clus in una parte tantum currit centrū deferentis in alia ergo semper erit
in eadem linea transente per centrū terre & per centrū deferentis; &


Non nunquam appropinquat centri epicycli centro terre quantum a propinquat in capitib. linearum contingentiis. V. ita quiesce. Logemeli erat theoricas hasce nonque edidisse quod tot tantasq; ineptias profudisse. C. Numquid bene dicta sunt oia. V. Non sunt. C. Vbi queso erratum est. V. Centrum epicycli medio quidem cursu suo distans ab auge equatis per quatuor signa coia, ppinqui est centro mundi quod dum ab eadem auge equatis distat per tria signa quemadmodum in breuiario Almaiesi demonstratum est. C. Quid tamen postea. V. Tunc autem linea inter centrum epicycli & centrum mundi comprehensa habet partes quinque/ gintaquinque queles sexaginta sunt in semidiambetro eccentrici defensionis & insuper minuta triginta tria unita partibus. C. Quibus observationibus illud cocludit. V. Scia triangulorum planorum haec oia nobis manifestat. C. Centrum autem epicycli linea contingente possidens quot partibus predictis a centro mundi remouet. V. Partibus quinque in partibus sex & minutis viginti duobus fere. C. Quomodo igitur in maxima ut ille asserit uicinitatem ad centrum mundi existet: si quidem in alio commemorato situ ppinqui eiusdem reperitur. V. Suam uiriliter bonum operam lusit. C. Est ne aliud nigra dignum litura. V. Est. Ait enim centrum eccentrici deferentis esse in puncto contactus dum centrum epicycli in ipsa contingente linea existit. C. Quo pacto id erratum esse demonstrabis. V. Ad impossibile redigendo assertorem. Quod ut intellectu parati habeatur figuratio linearis agendum est. Sit itaque in linea a.c. punctus f. centrum cuius circuli c.b. g. punctus autem g. centrum equatis & n. centrum mundi. augere denique equatis a. nota representet. &c. oppositum auges eius. ductaque linea k. b. per centrum mundi contingente paruum circulum in puncto h. intelligatur centrum quidem epicycli in puncto k. lineas contingentes: centrum autem eccentrici delatoris in puncto h. quemadmodum iste statuit: producatur deinceps ducatur linea g. k. quidem ex centro equatis ad centrum epicycli f. h. autem semidiambeter parui circuli ad h. centrum eccentrici. Quoniam igitur motus duorum centrorum epicycli scilicet eccentrici sint eque ueloces: hic quidem in centro pui circuli ille autem in centro equatis: incepitque ab eodem termino: auge uide licet equatis: necesse est duos angulos a. g. k. & a. f. h. esse equalres

C. Nemini dubium. V. Atq; idcirco
duos angulos. k.g.n. & g.f.b. reliquos
de binis rectis equari oportebit. Illud
memorię mādes uelim. C. Fiat. V. Ex
octaua aut̄ tertii elementorū linea. n.
b. longior ē ipsa linea. n.g. cui linea. n.
g. quā sit eqlis semidiameter pui circu-
li. id enī Ptolem̄ ostēdit libro nono
capitulo nono erit & linea. n.b. lon-
gior ipsa. s.b. quare & p decimānonā
primi elementoz angul⁹. n.f.b. maior
erit angulo. f.n.b. & ideo p quintāde
cimā eiusdē itercedēte cōi sc̄ia maior
erit angulo. k.n.c. q̄ cū sit extrinsecus
ad triangulū. k.g.n. erit p sextam deci
mā primi maior agulo. k.g.n. unde &
p cōcm sc̄iam angul⁹. g.f.b. maior erit
angulo. k.g.n. quos antea conclusim⁹
eqlis. C.

Cōclamatū c̄. iā enī ad ipossibile redegisti assertore: cū
nulla quātitas alteri eqlis esse possit & ineqlis. Sz hoc unū rogo
Ioānes optime: ubi nā erit centrū eccentrici deferentis qn̄ centrū
epicycli i linea cōtingētc. k.b. cōstituet. V. Habuim⁹ angul⁹. g.
f.b. maiorē angulo. k.g.n. ex eo igit̄ absumat angul⁹. g.f.l. equa-
lis ipsi. k.g.n. ducta semidiametro pui circuli. f.l. i cui⁹ termino
l. centrū deferentis reperiri oportebit. sic enī duo anguli. a.g.k.
& a.f.l. reliqui de binis rectis equales iuic̄ existēt quēadmodū
similitudo motuū exigit. C. Igit̄ ex cōtro mūdi. n. educta linea
p punctū. l. ad pte supiore. in ca aux eccentrici necessario rep̄et.
V. Verū est. C. Quā obrem aux eccentrici deferentis non est in
maxima remotione ab auge equeatis centro epicycli in pūcto. k.
linea cōtingētis existētc. terminus enī maxime remotionis est
in linea contingente paruū circulū. V. Recte subinvers cōtrariū



eius qd ille i theoricis suis affirmat. C. Idcirco insup centrū epicycli nō erit i opposito augis deferētis. nō enī ē i linea. n.l. quā tūlibet continuata. V. Illud quoq; sūiam ciusdē deſtruit aptissime : dixit nāq; centrū epicycli dum i capite linea cōtingentis esſet i oppoſito quoq; augis eccentrici exiſtere. C. Qd si centrū eccentrici deferētis i pūcto cōtactū positiū fuerit ubi quoq; cētrū epicycli reperit. V. In linea recta q; a cētro eccentrici p centrū equatis educeſt. centrū quoq; epicycli erit. cui⁹ rei ueritatē figuratio declarabit. disposita enī ut prius linea. a.c. cū puo circulo & linea cōtingentē cū in pūcto. b. ducaſ ſemidiameeter ipſi⁹ pui circuli. f. b. & cborda. g. h. ponatq; angul⁹. a.g. k. eqlis angulo. a.f. b. pducta linea. g. k. indefinite longitudis. quo demū ſieſti oportet. ut cētro eccentrici exiſtētē i pūcto. b. cōtingētē. cētrū epicycli ſit i linea. g. k. Quā aut linea. n.b. contin⁹ gat circulū parū. erit p decimā septimā tertii angul⁹. f. b. n. rect⁹ descriptoq; circulo p imaginationē ſup. g. cētro ſim quātitatē li neq; g. n. circuferētia ei⁹ ibit p pūctū quideſ. f. ppter eqlitatē duaz linearū. g. n. &. g. f. p pūctū aut. h. ex cōuerſa trigesimalē tertii: angulo. b. recto exiſtente. quāobrē & linea. g. b. erit ſemidiameeter eiusdē circuli eqlis ſemidiameetro. g. f. q; etiā eqlis ē ipſi. f. b. trian gulus ergo. f. g. b. erit eglaterus & iō angul⁹. f. g. b. eqlis erit an gulo. g. f. b. h. angul⁹. g. f. b. cū angulo. a. f. b. ſi eqlis ſunt duob⁹ rectis p tertiadecimā pmi. q̄re & p cōem ſciam duo anguli. f. g. b. & a. g. k. ualebūt duos rectos: atq; idcirco q̄rtadecima primi ratioinātē due linea. b. g. &. g. k. ſibi directe cōiugunt. & ſunt una linea. C. Quā pulchre certiore me reddidisti de eo qd querebā



meridionales iungem⁹ utrāq⁹ & eueniet declinatio lunę ab eq
noctiali. & si fuerint diuersæ: subtrahem⁹ minorē de maiori. Si li
ter i aliis planetis iuenit declinatio. V. Quis obsecro hęc feret
equo aīo! cū latitudo quidē sit arcus circuli magni tranſeūtis p
dolos eclipticę: cētro astri atq⁹ ipsa ecliptica intercept⁹. declina
tio aut̄ i circulo magno p polos eqnoctialis & centrū stelle ince
dente cōſiderat. ē enī arc⁹ mēorati circuli cētro stelle & iplo eq/
noctiali intercept⁹. Hi aut̄ duo circuli ſemp ſunt diuersi: pr̄terq⁹
astro i capite cācri aut capricorni exiſtēte. tūc nāq⁹ cōueniūt di/
cri circuli doctrinę hui⁹ uiri locū hz. aliubi aut̄ ſi posueris stel/
lā declinatio ueri loci ei⁹ cū ipsa stelle latitudie ſi quā habeat ſp
cōcurreret ad angulū. quāobré ex cōgerie déclinatiōis & latitu/
dinis p̄dictaz nō cōſlabit arcus un⁹ cōtinu⁹. unde quoq⁹ alterū
ex altero demi ut declinatio stelle relinqt̄ friuole q̄ ſpiā putabit
Quę oīa ſi op⁹ eēt figuratiōe ſua apti⁹ declarari poſſet. C. Omit/
te figuraſionē. pſpicua enī tua ē argumētatio. Ad reliq⁹ hui⁹ capi
tuli te trāfferto. Sz hoc unū ſepe admiror tabulas biptialis & q/
driptialis nūeri ita abolitas eſſe. in qb⁹ tñ bon⁹ ille uir oēm hui⁹
capituli consumit ſermonē. V. Nō temere tabulas illas asp̄niant
docti astronomi: qñquidē a ueritate plurimū. abſlūt qđ plane cō
ſtabit ſi latitudines illinc elicitas cōferem⁹ ad eas que p tabulas
Ptolemei numerant̄. Sed redeam⁹ ad litterā. Inter cetera de ta/
bulis latitudinū ait iſte. & latitudo que ſcribi⁹ i tabulis binarii
ē diſtātia ptii circūferētię epicycli a circūferētia cccētrici; diſtā/
tia dico cōputata uersus uiā ſolis. C. Quid ibi notādū cēſes! V.
Si ita eēt oportet cētrū planetę nūq⁹ repiri i ſupſicie eccētrici
nā apud oē argumentū equatū i tabula bipartialis numeri aliq⁹
ponit̄ numer⁹ qui: ut ipſe ſentit: diſtantia planetę ab eccentrico
denotat. C. Hoc nimis ſequret̄. V. Alia demū audi uerba ei⁹
Inclinat̄ aut̄ epicycl⁹ ab eccentrico: ita q̄ ſemp erit planeta inter
eclipticā & cētrū epicycli niſi cū cētrū epicycli ſit i capite ul' cau
da draconis. tūc enī epicycl⁹ ē direct⁹ in eccentrico. Quid tibi ui/
det̄: C. Quū cētrū epicycli ſp ſit in ſupſicie eccentrici ſeq̄ planetā

semp esse inter duas planicies ecliptice & eccētrici. V. Illud aut
absentaneū ē. Nā in trib⁹ supiorib⁹ superficies epicycli semp secat
superficie planā eccētrici ita q̄ pars ei⁹ supior qdē augē epicycli cō
tinens inter eccētrici & ecliptice duas superficies cōpribēdit. re/
liqua uero p̄s superficie epicycli p̄mis ab ecliptica remouet q̄s i p̄a
eccētrici superficies. Vnde planetā quoq̄ i bac inferiori pte epi/
cycli existēte plus ab ecliptica q̄s ipsū eccētricū remoueri: atq̄
idcirco nō inter eclipticā & superficie eccētrici repiri necesse est.
Illud deniq̄ falso affirmat centro epicycli i capite uel cauda dra
conis existēte superficie ei⁹ directe in lūpsicie eccentrici iacere.
Sic enī centro epicycli i altero nodorū cōstituto planeta extra
augē uerā epicycli lui uel oppositū augis existens semp latitudi
nem ab ecliptica sortiret. qd̄ pfecto falso est. Nam teste Ptole
mē dū epicyclus in altero nodoꝝ existit nulla planetē accidit
latitudo ubi cunq̄ etiā in epicyclo fuerit. quāobrē totā epicycli
superficie i plano eclipticę: nō eccētrici: iacere necesse ē cētro epi/
cycli i altero nodorū existēte. Sed qd tantope deliramēta hui⁹
bois tractamus. C. Sequentia igit̄ ei⁹ placita uideamus. Et qñ in
quit planeta est in auge epicycli tūc maxime declinat a uia so/
lis. quare tunc maxima latitudo reperiſ in tabula. V. Nug. Nā
maior est latitudo cuiuslibet triū supiorū dū in opposito augis
epicycli existit q̄s in ipſa auge. Idem quoq̄ Veneri & mercurio
semp accidit p̄terq̄ centro epicycli i uentre draconis existē/
te. ibi enī aux epicycli & oppositū eius equeales planetę tribuūt
latitupines Ptolemēo h̄c oīa explanāte. C. Quō igit̄ in princi
pio tabulę binarii maior reperiſ numerus q̄s i fine: quasi maior
accidat planetę latitudo i auge epicycli cōstituto q̄s in ei⁹ oppo
sito. principiū enī tabulę augi: finis autē opposito augis respon
dere perhibet. V. Numeri qui i bac tabula scribunt̄ o amice nō
sunt uerarū latitudinū quēadmodū & ille paulo inferius asseue
rabit. sed officiū huiuscemodi numeroꝝ i m̄ mentē Azarchelis
est diuidere alios & latitudinē ipsam elicere. Si autem diuiseris
cundē numerū p̄ duos inēquals: maior quidem minorē elicit


numerū quotiensī minor autē maiore. qd ex uigesima septimi
elementorū facile cōuincit. Sic maior numerus in capite tabu/
lę bipartialis numeri oblatus minorē reddet latitudinē qz mi/
nor in sine eiusdē. C. Certiorē me reddidisti nibil in hoc capi/
tulo latitudinū aliud qz ineptias apparere & quidē intollerabi/
les. Verūtamen si iubes: sequentē cius litteram, pñunciabo. V.
Perge ut lubet. C: Et latitudo quę scribiſ in tabulis quaternarii
distantia circūferentię eccentrici a via solis quę distantia ē par/
vula cū est ppe nodos: & maxima cū in remotis locis a nodo p/
tria signa. V. Nō obtundas amplius. Nā in sine huiusc tabulę
quadripartialis numeri. Saturnus habet gradus quinq. & ideo
uenter draconis eius distans a nodo p quadrante circuli. qnq
gradibus ab ecliptica remouebit. Quāobrem Saturnus in op/
posito augis epicycli existens epicyclo uentrē draconis possi/
dente habebit latitudinē maiore quinq gradibus. qd est salsū.
maxima enī eius latitudo gradus ttes & minuta quattuor non
excedit. C. Ergo numeri qui scribunt in tabulis nō sunt uerarū
latitudinū: si quidē non ostendūt distantia partiū circūferentię
eccentrici ab ecliptica: neq distantia partiū circūferentię epicy/
cli ab ipsa superficie eccentrici. V. Recte cōcludis. Ipse etiā theo/
ricarū scriptor paulo inserius Compositor autē inquit tabularū
ad ostensionē sui magisterii noluit ponere ueros numeros p̄
dictarū latitudinū in quibus unus subtrahit ab altero semp. &
reliqua. Vbi cōsitef apte numeros uerarū latitudinū in tabulis
cōmemoratis nō esse descriptos. C. Homo ille uideſ extollere
ingeniū compositoris tabularū: quasi opus egregium ad latitu/
dines planetarū cōputaudas ediderit. Quid igit obstat cur re/
centiores sideralis scie studiosi ipſis nō utunt? V. Quid obstat
queris? Auctoritas Ptolemei nostri ueracissimi: qui i. libro suo
ultimo maximā Saturno nomerauit latitudinē triū grēduū &
quattuor minutorū. per tabulas autem memoratas maximam
Saturni latitudinē opottet esse gradū quattuor & minutorū
decem septem fere. Ioui deniq Ptolemeus tribuit latitudinem

maximā graduū duorū & minutoz octo. q̄ s̄m has tabulas latitudinē accipiet maximā graduū triū & q̄draginta unī minutoz Mars demū tabulas dictas nō iuria aspernabit: q̄ p̄pē q̄ Ptole/ mēo affirmante maximā latitudinē borealē qdē habet graduū q̄ttuor & minutoz uigitūnī. australē uero graduū septē & mi/ nutorū triginta. Ex hilce aut̄ tabulis c̄qualē hic atq̄ illic ab ecliptica remotione suscipiet. S; neq; Ven⁹ & Mercur⁹ calūniā suā reticebūt. Nā dū centrū epicycli est ī auge eccentrici & Ven⁹ ipsa ī opposito augis epicycli p̄dictę tabulę latitudinē maiorē tre decim gradib⁹ exhibet: quę tñ iuxta mentem Ptolem̄i nō erit pluriū q̄; decē minutorū. Mercurius uero in sili circulorū suorū situ p̄ tabulas quidē sepe dictas habebit latitudinē maiorē no/ uem gradib⁹. In ueritate aut̄ quadraginta quinq; dūtaxat mi/ nutis a uia solis recedet. Hęc in quā ponēdo duos nodos equa liter a uentre draconis distare quēadmodū ōcs opinant̄ astrono/ mi. Sic morosus ille tabularū cōpositor Ptolem̄ū neglexit ue/ racissimū quę Albategnius pater omniū q̄ numeros tractant ta/ bulares imitari studuit. Dū igit̄ ab auctorib⁹ recedēs bonus iste uir nouā cōputandi querit facilitatē plurimas effudit ineptias & quidē absurdissimas. Sed qd iterū in hęc deliramenta incidi mus quę iā dudū missa facere decretū ē: ad lram denuo redeun dum censeo. C. Quid uis legā. V. Quod sequit. C. Cū uero cen/ trū epicycli ē in nodis nullę sunt latitudines: tūc enī direct⁹ est epicyclus in eccentrico & centrū epicycli in uia solis. V. lā dū/ dum illud uerbū floccifecimus. nō enī tūc epicyclus ī eccentrici/ ci superficie iacere solet: s; ī plano eclipticę testimonio Ptolem̄i cōstuit. Verū si nōdū quiescis: ostendā bonū būc uirū sibi ipsi baud quaq; cōstare. Nā centro epicycli in nodis existēte dicit nullas esse latitudes: causā subiugens q̄ epicycl⁹ tūc sit directus in eccentrico. Qd si ita est sequit ō epicycli punctū extra ecli/ pticā repiri p̄terq; ea quę sunt in cōi sectione epicycli & ecli/ pticę: sicuti nullū eccentrici punctū ī ecliptica ē p̄ter ea quę ī cōi sectiōe eccentrici & eclipticę iacēt. Quāobrē centro epicycli

equationes argumentoꝝ i tabulis scriptis nō sūt ad huiusmodi intersectioꝝ circuloꝝ cōputatꝝ quādmodū ip̄e dicit: uerū potiꝫ fin mentē Ptolemei ad eā sitū cētri epicycli ubi distātia eiꝫ a cētro mūdi ēq̄lis ē semidiametro deferētis: quā ipse in sexaginta equaꝝ p̄tes more suo diuīsit. Nā si recte numeraueris ēq̄tio ar-
gumenti maxia quē accidit cētro epicycli existēte i p̄dicta inter-
sectione uigintiū gradꝫ & uigintiū minuta nō excedit. ea
aut̄ quā hūt tabulē uigintiū gradꝫ & duo minuta cōplectit.
Dū enī centrū epicycli ab auge ēquātis medio cursu suo distat p̄
gradꝫ .58. & minuta uiginti tere. ipsi cōstituit i intersectioꝝ cir-
culorū deferētis & ēquātis. Tūc aut̄ distātia eiꝫ a centro mūdi h̄z
ptes. 61. quales sexaginta sūt i semidiametro deferētis & insup-
minuta. 37. uniuersitatis. Hęc oia quisq̄ scientia trianguloruꝫ plano-
rū h̄ns facile confitebitur. C. De minutis aut̄ p̄portionalibꝫ quid?
V. Dupliciter peccat. p̄tim quidē q̄ ipsa minuta p̄portionalia p̄
excessus linearū uelutū i aliis planetis: nō equationū argumenti
maximaz sive relatiuā cōsiderat: p̄tim uero q̄ sitū epicycli in
intersectioꝝ supra mēorata i hisce minutis p̄portionalibꝫ extra
hendis obseruat: cū in eo situ potiꝫ statuendū sit epicyclus ubi a
centro mūdi sexaginta memoratꝫ p̄tibꝫ remouet: & ad c̄quatio-
nes argumētorū ibi cōtingentes referēdē sint binę equaꝝ
que i maxima & minima centri epicycli a centro mūdi distātis
accidere solēt. Sed hęc i breuiario nostro abunde explanata sūt
Quo aut̄ pacto triplicia minuta p̄portionalia Mercuriū habere
intelligendū sit Georgiꝫ meus Purbachii in theorici suis lucu
lentissime docuit. Sed satis iā circa Mercuriū lūsisse uidemur.
Nūc ulteriꝫ p̄cedēdī censco. C. Sane illud preterire nō libet qđ
patio inferiꝫ sentire uideſ tres lineaꝫ eq̄distare: quarū una qđ
ex cētro eccētrici solis p̄ centrū solis: alia uero a centro ēquātis
Veneris p̄ cētrū epicycli sui incedit: tertia autē quā uocat linea
medii moti. Illud enī nō nisi bis i anno solari accidere ex his qđ
ad mercuriū supius disseruisti cōcluſi. V. Recte qđ. Ad sequē-
tia deimū legenda animū adhibe. C. Plana uident̄ oia. V. An il-

Iud silentio prætereūdū arbitraris! ubi minuta casus inquit di-
cunt minuta celi que p̄trāsit luna a prīcipio usq; ad mediū eclī/
psis: si nō obscurat tota & reliq;. C. Hāc tu diffinitionē aspnabe/
re! Nūquid p suo quisq; arbitratu rē diffinire pōt! V. Primis q/
dem artī traditorib⁹ id facere licet: cōmētatorib⁹ autē sive sc̄q;
cibus minime: qnimo auctori primario & diffinitiōes suas cō/
formare debēt & s̄rias. C. Ptolemeū fortasse imitari debuit. V.
Nō modo Ptolemeū etiā alios q̄ minuta casus diffiniūt ea
que p̄trāsit luna a prīcipio usq; ad mediū eclypsis supando Sole
i eclypsi quidē pticulari: i eclypsi autē ulī ab initio eclypsis usq;
ad principiū totalis obscuratiōis: ita q̄ minuta casus intelligat
esse excessus ille quo mot⁹ lunę uer⁹ in tpe huiusmōi supat mo-
tu solis uerū: non ipse mot⁹ lunę simpliciter. Hęc diffinitio m̄det
menti Ptolemei i sexto libro capitolo septio magnę cōpositio-
nis sive. Sed & in oīb⁹ tabulis talia scribunt̄ minuta casus. Quā/
obrē ad habēdū tēpus expositores tabulaꝝ monēt ipsa minuta
cas⁹ diuidi p supationē lunę uerā i una hora: aut eisdē addi duo
decimā sui ptē & collectū diuidi p motū lunę uerū i hora. quōz
neutrū bñ p̄cipere si minuta casus iuxta hui⁹ uiri s̄isam diffine-
rent. C. Satis mihi p̄suāst̄ ē, neq; aliter sentiēdū esse arbitror de
minutis dimidi⁹ morē qn p supationē nō p motū lunę inte/
grū diffiniēda sint: atq; idcirco sequentē litterā censco negligē
dam ubi & ppter hoc iquit si ista minuta diuidat p motū lunę
equalē i una hora ueniet tēpus i quo luna p̄trāsit ista minuta
V. Recte putas. Nā & si p diuisionē huiusmōi exeat tēpus i quo
luna p̄currat ipsa minuta nō tñ illud est tēpus casus aut dimidi⁹
morē. Sz oportebit minuta huiusmodi diuidi p supationē lunę
in hora quēadmodū supra monuum⁹. Iā, p̄fici sc̄amur ocius hora
monet: atq; res illas leues missas faciam⁹. C. Vis ad latitudines
planetaꝝ transē: V. Per placet. hoc legas primū. C. Et si inquit
accipim⁹ declinationē grad⁹ orbis signorū i quo ē luna & i eadē
hora accipimus latitudinē lunę ab orbe signoz sc̄z a uia solis &
si fuerit ambe declinatio sc̄z & latitudo septētrionales. ul' ambe

in altero nodoru existente planeta nō priuabit latitudie nisi i au
 ge epicycli aut ei^o opposito fuerit. Hęc enī duo loca sūt i prędi/
 cta cōi sectione. Sed uideam^r quid dicat de motu capitis & cau
 de draconis. C. Caput autē inquit & cauda triū superiorū īmo/
 bilia sunt nisi ad motū octauę sphęre. Caput aut & cauda Vene
 ris & Mercurii mouen̄ tali pportiōe q̄ uer^r loc^r capitis utrius/
 q̄ distat ab eis semp tantū quantū & uer^r locus capitis scriptus
 in tabularū canone distat a loco q̄ sit ex medio motu solis & ar
 gumento istorū equato. V. Fabule. Caput enī & cauda Veneris
 & Mercurii in ueritate nō mouent aliter q̄ capita & caudę triū
 superiorū. Ita oēs sentiūt. compositor quoq̄ sepe dictarū tabularū
 idē putasse uide q̄nūquidē in canone suo loca capitū uera p Ve
 nere & Mercurio cōscrībit tanq̄ īmobilia. Secundū nugas aut
 hui^r boni uiri caput Veneris tantū serme contra successionē si/
 gnorū quantū stella ipsa in epicyclo respectu augis ei^o uer^r mo/
 uebi^r dempta tñ inde aut addita nōnūq̄ ipsa equatione argu/
 mēti. Qd̄ q̄ alienū a ueritate existat neminē ignorare arbitror.
 Idē deniq̄ Mercurio accidere oportebit. Quō autē illud sequi
 oporteat i figura declarabif. Circul^r. a.b.c.zodiacū repreſenter:
 ubi.a. sit principiū arietis. b. loc^r capitis Veneris. intelligatq̄ li/
 nea medi^r motus solis ad ipsū. b. p̄ctū terminari dū Venus ipsa
 i auge epicycli uera existit: qd̄ qdē possibile ē: cū illi duo motus
 nō habeat q̄qles restitutiōes. Si itaq̄ colligim^r mediū motū so/
 lis q̄ est arc^r. a.b. cū argumēto eq̄to
 ueneris: ut formā canōis seqmūr
 licet nullū sit i hoc casu tale argu/
 mentū: nō resultabit nisi arc^r. a.b.
 ex quo si detraxerim^r uerū motū
 capitū: nihil restabit quāobrē stel
 la erit in nodo capitū sc̄ p̄cto. b
 Deinde transfacto aliquāto tpe p/
 ueniat linea mediū motus solis ad
 p̄nctū. c. augē uidelicet eccētrici



ut facilior sit processus: sitq; arcus. c. d. siliis argumēto equato Ve/
neris. Si igit̄ ex toto arcu. a. c. d. q̄ constat ex medio solis motu
& argumēto Veneris equato substraxerim⁹ arcū. a. b. capi⁹: relin
quet arcus. b. d. equalis distantię capitis ab ipsa stella iuxta men
tem hui⁹ uiri: ponat itaq; stella ēm uerū ei⁹ motū i pūcto. f. ita ut
arcus. c. f. sit siliis equationi argumēti: que quid ē equatio argu/
menti necessario semp minor ē ipso argumēto equato. sitq; ar/
cus. b. e. equalis arcui. d. f. atq; idcirco p̄ cōem animi conceptio
nē arcus. f. b. e. equalis arcui. b. f. d. oportebit igit̄ caput draco/
nis nūc esse in pūcto. e. qđ prius erat i. b. pūcto. Caput ergo dra/
conis Veneris motū est cōtra signorū ordinē p̄ arcū. b. e. differē
tiam sc̄z argumēti equati & equatiōis eiusdē argumēti. illud q/
dem in q̄rta pte anni solari⁹ qđ est incōueniens maximū. Sz ne
totū teramus diē in istis somniis anilib⁹: ad sequēs capitulū p̄/
pere transeam⁹. C. Ita faciūdū censeo. Vidistis obsecro aliq̄s ad
Arim eōpositas tabulas. V. Nullas unq; uidi. sint ne aut an nō
incertus sū. C. Mirandū tot fuisse eōpositores tabulaꝝ ut asserit
ille ad Arim & nūsc̄z earū offendī exempla. V. Scio ego Ptole
meū quidē suas instituisse tabulas ad Alexandriā: que nō ē sub
equinoctiali sita necq; media inter orientē & occidentē. Alba/
tegnū autē ad aratā ciuitatē: quēadmodū ex capitulo primi li/
bri ei⁹ trahī. Sed neq; Arata ipsa in medio mundi consistit: cū
sit orientalior Alexandria decem gradibus latitudinemq; ba/
beat ab equinoctiali gradu⁹ trigintasex. C. Si placet audiamus
opinōne huīb̄ois de uarietate altitudinū solis in dorso astro/
labii & in facie eius acceptarū: ac insuper de motu augis ei⁹. V.
Audiat. C. Quādiu inquit sol fuerit in medietate eccētrici sui
que maxime remouet a terra sc̄z i longitudine longiori magis
eleuat allidada i dorso astrolabii in meridie q̄z gradus sol⁹ i reti
posit⁹ sup almicātarath i meridie: & ecōtra fit in alia medietate
eccētrici & in quaq; dic maior erit distātia inter bas duas al/
titudines i eadē erit sol in auge eccētrici i medietate p̄ma p̄di/
cta: quia quāta ē distātia tanta ē eccētricitas: & ē duorū graduū

fere. V. Desine desine oro tot hui'hois pferre nugas: Nōne si
astrolabiū rite factū fuerit: pūctus eclipticę rētis in quo sol dici
tur esse tantū pportionaliter eleuat in linea meridiana instru
menti: quantū & pūctus ille celestis q p predictū representat in
meridiano habitationis. C. Quid ni. V. Centrū autē solis est i
linea recta que ex centro mudi ad prefatū eclipticę punctū ex
tendit. C. Confiteor. V. Oia uero pūcta eiusdē lineę ex centro
horizontis ad sublime egrediētis. candē ab ipso horizonte for
tiuni altitudinē: centro tantū horizontis secluso. C. Certum ē:
Nā būiusmodi linea unicā cōpleteū angulū cū lectione cōi ho
rizontis & circuli altitudinis p ipsā memoratā linea transeun
tis. V. Centrū ergo solis cā quā pūctus eclipticę celestis sub quo
existit: habet altitudinē. atq idcirco tanta est altitudo solis in
ueritate quantā ostendit pūctus eclipticę instrumentalis in li
nea meridiana. C. Nemo inficiabī: quecīq enī uni & eidē sūt
equalia inter se quoq perhībenī equalia. V. Sed in dorso astro
labii uera deprehendiē. Solis altitudo nisi quantū distātia cen
trorum mundi & instrumenti: aut fractio radii solaris variari
potest. quorū alter quidē p nibilo reputant philosophi q ter
ra ad orbem solis int̄ensibilē ferme habeat magnitudinē: alterū
uero ppe insensibile esse certis ostendit rationib⁹. Quāobrem
duas solis altitudines i dorso & facie astrolabii deprehensas in
sensibiliiter differre: atq ideo tanqz équales haberī oportebit.
C. Aperiē delirantē hūc boiem confutasti. V. Qui: quid igitur
litterę suę reliquū est: corrue re oportet. Nā applicatio solis ad
augē eccentrici sui baud quaqz hoc cognoscer indicio. neqz ec
centricitas inotescet: neqz motus augis i anno p̄cipiet. quas res
doctissimū arabem Albategniū hoc pacto aiaduertisc̄ lomniat
astrolabio uidelicet tricubitali usū uel maioris quātitatis. Sed
nescio quē tumultū audire uideor. I. obsecro uisum quid rei sit
ego iterea si qua deinceps notāda sint quātocius explorabo. C
Ibo ac lubens. V. Id pauculū quod de aspectibus planetarū so
nat tam & si parum i usū sit hodie recte traditur. presertim astro

meridianū obtinēte! nā si in horizonte fuerit uel p ascensōes
 obliquas uel p descensiones ceteri astronmī iubēt inuestiga/
 ri aspectus. In locis autē mediis p ascensōes uel descensiones p/
 miscuās id efficiunt. Sed redit amic⁹ noster. Quid fit? quid agit?
 C. Concurrit undiq; domini sūt abituri. V. Et nos igit⁹ cepto lu-
 do modū statuentes exemplū sequamur oportet. C. Quā cō/
 mode tēpus illud nostris respōdebat colloquiis adeo ut nihil
 pene intentatū reliquerimus cū nihil etiā ampli⁹ ocii supsit. V.
 Pleraç remissius dicta silentio preteriuim⁹ nō tanq; oīno pba-
 ta: sed uel facile moderanda: uel nō satis digna de quib⁹ sermo
 haberet. qđ & eo cōsultius facere libuit ne aliena quęlibet di/
 eta auidius mordere qđ ueritatē inquirere uideremur. Iam reli-
 quū est suū uterq; larem felix reuusat. Saluus igit⁹ sis amicorum
 dulcissime. C. Et tu recte ualeto.

Lbaracteres signorū	V Aries	Δ Libra	Lbaracteres aspectū	H Saturn⁹	Lbaracteres planetarū
	♂ Taur⁹	m Scorpius	σ Lonūctio	♃ Jupiter	
	H Gemini	‡ Sagittari⁹	* Sertilis	♂ Mars	
	♉ Lancer	δ Capricorn⁹	Δ Crinūs	○ Sol	
	♌ Leo	♓ Aquarius	□ Quartus	♀ Venus	
	♍ Virgo	X Pisces	♂ Oppositio	☿ Mercur.	
zodiaci	♌ Caput	♍ Lauda		☽ Luna	

Impressum est hoc opusculum mira arte & diligentia Erbardi
 Ratdolt Augustensis. Anno salutifere incarnationis. 1485.

finis



INC
1505







232

Scilla incis

Scilla incis

ct paul pc

tc continue